tur probando intentum sibi. Neq; in sursum. Primo igitur dicit qđ p̄dicata in infinitum non procedunt in sursum nec i deorsum. nunc declaratur & premittitur p̄mo qđ oīe qđ predicatione aut significat qđ: aut quale. aut q̄z: aut aliquid huiusmodi. aut etiam significat ea que sunt de substantia rei qm̄ diffinitione rei ingeruntur essentialē. huc suppositio pertinet prius. sc̄do p̄mittit sicut p̄s dictum est qđ subalts predicatione sunt finita & genera predicationis sunt finita. sunt. n. solum deceim vtputa: aut quid. aut quale: aut quātum: aut agens. aut passum. aut qm̄ &c. C^{on} 3^m p̄mittit qđ in simplici p̄dicatione de qua hic intelligimus solum predicatur vnum de uno. hoc patuit superius. C^{on} 4^m premittit qđ de acciūte qđ non est aliquid substantia nihil proprie predicatur. albu enim vel aliquid tale non potest esse proprie subiū. omnia enim huiusmodi sunt acciūta concreta que fin se subiūt nō possunt qđam igitur sunt p̄dicata fin se. vt qm̄ vel substantiale p̄dicari vel acciūta de substantia p̄dicari. qđam v̄ sunt p̄dicata fin alterum modū. s. fin acciū. s. qđ de acciūte v̄l subalts acciūta p̄dicari. vt albu ē suba. vel albu ē musicus. Enī oīa acciūta de rōne sui h̄nityt de quodā dicuntur suboīz acciūtes nō p̄t ē. pprie submā neq; aliqd. de ipso potest proprie p̄dicari. Ut. n. pprie submā qđ h̄s se subiūt. & nō dī tale ratione alteris qđ dicitur tale. sed hoc non competit accidenti. q; accidentis inest aliis & alia que predicantur dīeo inest ei cui inest illud acciū: vt albuīz est musicus. illud predicationis musicum inest illi substantie cui inest albedo. C^{on}statum qđ Aristo. predictas suppōnes p̄mittit propter canillationes quas adducere aliquis postet. posset enī quis dicere q; licet in uno quod p̄dicato predicatione substantia sunt finita predicatione tamen accidentalia sunt infinita vt sunt dīm vnum de altero predicatur. vt quantitas de substantia & qualitas de quantitate. & sic vterius procedit p̄dicata in infinitum. ad hoc igitur remouendum supponit philosophus q; predicatione sunt finita. s. deceim. & hoc erat p̄ se notum & famosum apud oīes. C^{on}sideratur quis diceat q; licet predicatione simplici non sit procedere in infinitum. cum enī accepte fuerint omnes simplices predicationes quibus accidentis aliquid de substantia predicatur contingit istas varijs combinationibus adūnicem cōbinari nūc duo. nūc tria. nūc plura adūnicem contingendo. vt homo est animal quantum. v̄l animal est album. v̄l homo est album: musicus. v̄l est animal quantum: musicus. & sic vterius v̄l posse procedere in infinitum. Ad hanc igitur monēdā canillationē dī. p̄bs q; ipse hic loquit de simplici predicatione que proprie est predicatione. compositavero nō sic proprie est predicatione. Tertio canillare potest aliquis q; saltē in predicationib; per accidentem est processus in infinitum vt si primo accidentis de substantia predicitur. deinde de substantia de accidente. & sic de infinitis. vt homo est albus. album est homo. vel album est musicus. propterea dicit p̄bs q; tales predicationes quibus substantia vel accidentis de accidente predicatur non sunt hic appellāde p̄dicationes. & istas excludit in consideratione p̄st.

C^{on} Neq; in sursum ergo unum de uno neq; in deorsum esse dicitur. de quibus quidem enī dicuntur accidentia quecūq; in substantia uniuscū iusq; sunt. huc autem non sunt infinita. sed i sursum ipsa quoq; & accidentia ultraq; non infinita sunt. Necesse ē ergo esse aliquid de quo primū predicitur & de hoc aliud: & hoc stare & ē aliqd quod nō ampli⁹ neq; de alio p̄t in neq; de alio aliquid prius predicitur.

C^{on}sideratur p̄bat itentū & itēdē p̄clusionē istā. In p̄dicatione p̄ propria & simplici in qua vñū de uno predicatur non ē processus in infinitum in sursum nec in deorsum. & quia superr̄is p̄baut de predicatione substantiali: tō nūc solum p̄bat de accidentalib; dicens q; ea de quibus accidentia p̄dicatur sunt que pertinent ad substantiam rei. vt patet ex vñū

Posteriorum

supposito. substantialia autem subta sine predicata sunt infinita sicut dicit seorsum suppositio. sed tam substantialia subiecta & accidentalia predicata neutra sunt infinita in sensu. & hoc probari potest ex premissis universalibus. & substantialibus probatum est. de accidentalibus autem probatur. genera accidentium sunt finita. vt patet ex premissis. & in quolibet genere accidentis solum sunt finita predicata. eo quod in quolibet tali genere & species reperiuntur que qualitatibus de inferioribus predicantur. quare sicut in substantialibus predicatis non procedetur in infinitum. vt iam est probatum. sic neque ut accidentalibus erit processus in infinitum. quare universaliter salter concluditur quod necesse est ad aliud denenire de quo aliud primo predicetur & sic erit status in infinitum deorsum cum ante de isto predicato aliquid predicabitur. similiter erit ad aliud denenire: de quo non amplius aliquid predicabitur: neque illud predicabitur de aliquo priori. & sic erit status in sensu. **C**otandum quod a quibusdam hec pars introducitur ut Aristoteles. solum probat quod i predicatis per se secundi modi. s. in propriis passionibus non sit procedere in infinitum. dicitur enim in textu. de quibus quidem enim dicuntur accidentia quaecumque in substantialia universalibus. i. in distinctione in qua subiecta illorum accidentium ponuntur & hoc pertinet ad proprias passiones. **H**anc expositionem videtur se qui Albertus. & sic exponendo erit ista particula. neque i sensu ergo &c. tamen conclusio partis precedentis. in ista vero sequenti particula de quibus quidem enim &c. incipiet expeditio predicta. & hanc istam expositionem ratio aristoteles. sive hoc fundatur quod i distinctionibus non sit procedere in infinitum. sive vero i distinctione accidentium ponit. sive de hoc amplius dicit i sequentibus & i questione.

Conus quidem demonstratiois modus dicitur hic. Adhuc autem aliud. si enim de quibus quidam priora predicantur horum quidem demonstratio erit neque possunt habere ad ipsa quod scire. Neque hoc esse sine demonstratio. si autem hoc per hoc notum est. Hoc autem nescimus neque melius habemus ad ipsa quod scire: neque per hoc notum scimus.

Conit aliammodum logicum probandi intentum. & primo punit quedam. sed exequitur ibi. Si ergo est aliquid scire. Primo igitur dicit quod predictus modus est unus modus logice probandi intentum. Alius autem modus est ille quod non dicitur quo supponitur quodam. primo quod si quodam propones fuerit habentes aliquas pores quod per ista priora demonstrantur. **C**onit supponitur quod propositione demonstrabilem non mens cognoscere possumus quod per habitus. quod non debet scire. p. q. r. sola principia indemonstrabilia sunt que mens cognoscuntur quod sciendo. ut patuit i precedentibus. **C**onit supponitur quod huius modi demonstrabilia non possumus scire nisi per demonstrationem. patet quod demonstratio est syllogismus faciens scire. Ultio supponitur quod si aliquod per alterum nobis fiat notum: & illud alterum neque scimus neque cognoscimus quod habitus melior & scia non etiam scimus illud posterius. & notanter dicit pbs neque melius &c. quod premisse demonstrabiles. per quas scientur conclusiones. cognoscuntur habitus quod est scia quoniam demonstrantur. Premisse vero idemonstrabiles. que principia demonstrationis inserviant. non proprie scitur. sive melior habitu cognoscuntur. quod scia quod ab aristotele i precedentibus appellat intellectus.

Conit igitur est aliquid scire per demonstrationem simpliciter & non ex aliquo neque ex supponente. manifestum est stare predicamenta media. si enim non steterint sed est semper acceptio i superioris omnium erit demonstratio quare si infinita non ostendit percurtere. quorum non est demonstrationem scimus per demonstrationem. si igitur neque melius habemus

ad ipsa quod scire: non erit aliquid scire per demonstrationem simpliciter sed ex suppositione. Logice quidem igitur ex his uniusquisquis crederet de eo quod dictum est.

Cotandum suppositis consequenter pbs probat hanc conclusionem. In predicationibus esse processum in istis demonstrationibus est status. probat sic contingit aliquid scire per demonstrationem simpliciter: & non solum ex concessis vel ex suppositione. ergo conclusio vera probat consequentia. quod dato opposito quod predicationes non steterit i demonstrationibus. sed quod semper in superiori accipere contingit: tunc iam omnium erit demonstratio. cujus igitur ea infinita quoniam est demonstratione non continet per transire. sequitur quod ista infinita non sciens per demonstrationes neque ipsa cognoscere possumus meliori habitu & scia. gavinius ille est immediatus & indemonstrabilis. sive quod liber est demonstrabilis. quare coelunditur quod conclusionem que sequitur ex illis infinitis non contingit simpliciter scire. sed solus ex suppositione. quod est oppositum antistarum: an non notum est ex determinatis in principio huius libri. **D**einde pbs epilogat dicens quod ex his que logice dicta sunt potest quisquis credere quod in predicationibus non sit processus in infinitum. **C**otandum ut philosophus tangit in textu. quod tripliciter demonstrare contingit. uno modo ex concessis ad adversario sicut quando impossibile concessum ex illo aliquid in possibile infertur. Secundo modo ex primis demonstrationibus inferendo conclusionem. que tamen non demonstratur: sed supponitur esse ut plerique fit in scientiis substantiatis in perfectu tamen aliquando ex propositionibus geometrie demonstratur conclusio que ibi supponitur: sive non demonstratur: & tunc perfecte non dicitur scire simpliciter. sed sive quid. vel ex suppositione de his duobus modis loquitur. Aristoteles. cum dicit. et non ex aliquibus neque ex suppositione &c. Tertio modo contingit simpliciter demonstrare quod qualiter fiat dictum est in precedentibus: inter ceteras autem conditiones ad demonstrationem simpliciter requiritur ut fiat resolutio ex his usque ad immediata. si igitur premisse ipsius sint demonstrabiles: oportet eas demonstrari. si vero non: debent esse note per se habitu qui non proprie dicitur scientia sed intellectus. si igitur in premissis demonstrationis procedatur in infinitum. nullae erunt premissae prime & per se note. sed omnes demonstrabiles. & per consequentes de nulla ipsarum habebit: intellectus. habitus vero qui est scientia presupponit habitum qui est intellectus tanquam priorem. quare de ipsis non habebitur scientia simpliciter: & presertim quia non contingit infinita per transire. ut dicit in textu. & sic non contingit simpliciter demonstrare. **C**otandum scilicet cum aristotele. dicit logice quidem uno modo & communiter exponit logicam. i. per rationes coes. alio modo quia per rationes sumptas a natura distinctionis & definitionis que sunt de consideratione logice. & sic exponit Albertus.

Malitice autem manifestum est per hec uero cius quod neque i sensu neque i deorsum i infinita predicatio ostendit esse i demonstrativa scientiis de quibus iste est. De demonstratio enim est ex his quecumque qui de ipsa sunt secundum se ipsa rebus. Secundum se ipsa uero duplum. quecumque enim illis sunt i eo quod quid est. & in quibus ipsa in eo quod quid est insunt ipsis: ut in numero impar quod est quidem numerus. Est autem ipse numerus in ratione ipsius. Et iterum multitudo aut divisibilis in ratione numeri est.

Cotandum est quartum capitulum huius tractatus in quo ipsa rationes proprias definitioni aristoteles probat intentum principale.

et dividitur in duas partes principales. quod primo facit quod dictum est. sed oportet correlative ibi. Monstratis autem his. Primo premitur intentum suum et quādam in suppositionē. sed oportet exequitur ibi. Hoc autem numerus. Primo igitur dicit quod per rationes analeticas breuius et citoque quod per rationes logicas manifestari potest quod in sc̄ientiis demonstratiōnibus; de quibus marie hic item dimicimus. non contingat predicationes ire in infinitum hinc sūsum. ant deorsum. Deinde supposito quod demūratio est ex his que sunt per se. et hoc dupliciter contingit; quod vel ea que sunt per se sunt in primo modo quod predicata sunt in diffinitione subiectū. vel in sedo modo p̄seitatis quod passio de subiecto predicatur. quod ponitur in diffinitione ipsius. Et plū p̄mitit numerus est impar numerus est multitudine; aut numerus est divisibile. quoniam multitudine sine divisibili ponitur in diffinitione numeri. Notandum quod sc̄ia que principia in sua principia resolvit; aut resolute docet. merito analetica. et resolutiva sive indicativa dici potest. hec autem sola predicationem per se directe considerat. et in hoc differt a dialectica que predicationem per se et predicationem per accidentem considerat. ergo Aristoteles super ins logice processit per rationes coesas cum p̄banerit generaliter in omni genere predicationis non esse processus in infinito. hic autem analetica procedit. quod intentus probat solum in predicationibus per se. et hec est via brevior et expeditior; ut inquit aristoteles in littera. quod hec via solum considerat demonstrationem propria quod sunt valde pauca. alia vero via coia considerat que sunt valde multa. Posset hic moneri dubitatio quod Ari. nullam mentionem fecit hic de tertio vel quarto modo persistatis. sed de hoc sufficienter dicitur est in precedentibus. dixit tamen Albertus quod quartus modus respicit habitudinem predicationis ad subiectum. nec eodem modo respicit habitudinem consequentie. Alii dicunt quod per istas alias duos intelligere dedit. Alii dicunt quod de quarto non loquuntur. quia non assumit propositionem simpliciter necessariam. sed summi quid.

CHorum autem neutra pertinet infinita esse nec ut in perfectum numeri. Itaque non si impar aliud infinitum cui inhereat existit. Hoc autem si est primus numerus in erit his que sunt ipsi. si igitur non contingit huiusmodi infinita esse in numero neque in sūsum erit infinita.

CProbat principale intentum. et primo ostendit in utroque modo predicationis per se esse statim tam in sūsum quam in deorsum. sed oportet concludit quod in mediis non possit esse processus in infinitum ibi. Si at sic est tertio quod in demonstrationibus non possit procedere in infinito ibi. Si vero hoc. et ceterum. Primum dividitur in duas. quod primo probat intentus quod ad modum secundum dicendi per se. sed oportet quod ad ipsum ibi. Hec tamen queritur et ceterum.

CLicet a primis duas ponit rationes. prius tamen dicit quod in uno modo dicendi per se quia nec in secundo modo dicendi per se est processus in infinito et primo probatur de secundo. si non dicatur quod ipar in se numero tantum passio ipsius et aliud infinitum ipari. sequitur: quod ipar ponitur in diffinitione illius passionis sibi inherentis. cum igitur numerus ponatur in diffinitione ipsius ponetur et in diffinitione alterius alterius passionis. quod cum in diffinitionibus non sit abire in infinitum: ut prius probatum fuit sequitur quod in secundo modo persistatis non procedit predicationes in infinito.

CAt vero necesse est omnia inesse. Primum ut numero et in illis necesse est esse numerum quare convertibilia erit. sed non excedentia.

CSed oportet sic. oportet huiusmodi passiones in numero tantum sub uno et numerus ponetur in diffinitione omnium illorum. quare cum sint proprie passiones: oportet cum subiecto et secundum intellectum convertitur: et sic nullum istorum alterum excederet neque excederet et per se licet in eis esset procedere in infinito. non tamen hoc esset processus in sūsum neque in deorsum. de quo intendimus in presenti. **C**Notandum ut colligatur ab aristotele. hic quod cum aliquid ponitur in diffinitione alterius illud quod ponitur in diffinitione diffinitionis ponitur etiam in diffinitione diffinitionis: formaliter aut virtualiter. cum non diffiniatur hoc per aīal ratione: sed in ista diffinitione non formaliter ponatur corpus aīal aut substantia. eandem tamen diffinitionem virtualiter creditur. ut per se.

et sicut proposito pertinet in numero ipsi et ceteris huiusmodi. **C**Dubitatur. quod videtur quod sequentia Ariano valeat. oportet iste passiones insint numero. et numerus ponitur in diffinitione ipsarum. ergo aīal convertuntur. quod oportet huius passiones insint aīali: et animal tanquam prius ponitur in diffinitione istarum non tamen convertuntur cum animali. quare et ceterum. **C**Respondet ut certe ab aliquo intelligitur quod ybi iste passiones insint simpli numero sive universaliter. tunc enim numerus non excedit aīa istarum passionum et cum ponatur in diffinitione istarum non excedit ab aliqua ipsarum. quod sequitur intentum.

CNec tamen quaecunq; sunt in eo quod est infinita sūt. neque non est diffiniri. Quare si presentia quidem omnia per se dicuntur: hec non infinita sūt. Stabunt utique in sūsum quare et in deorsum.

CIntendit istam conclusionem. In primo modo dicendi per se non est processus in infinito in sūsum proposito. quod dato opposito cum predicatum in primo modo ponatur in diffinitione subiecti. tunc infinita est successione diffinitionis. sed hoc est impossibile ut prius dicebat. quod tamen non contingat aliquod diffinire: et ex his consequenter concludit si omnia predicata demonstrationes pertinentia sunt per se: et ista non sunt in infinito. tunc in predictatis demonstrationis non proceditur in infinitum. in sūsum et a simili neque deorsum.

CSi autem sic est et que sunt in medio duorum terminorum semper sunt finita.

CEx predictis ostendit quod in mediis non est processus in infinito. prout ex parte terminorum ascendendo vel descendendo non est processus in infinitum. ergo ex parte mediorum non est processus in infinito. tamen consequentia ex his que dicta sunt a principio huius tractatus. et assumptum prout ex predicti parte.

CSin vero hoc est similestum est itaque et demonstrationum quod necesse est principia aliquam esse et non omnium esse demonstrationem: quod vero diximus quod secundum dicere re iuxta principium si enim sunt principia non omnia sunt demonstrabilia. neque in infinito possunt ire. Esse enim hoc quodlibet nihil aliud est quod est nullus spaciū sine medio et indivisiiblē. sed omnia diuisibilitia. Inclusus enim in medietate terminū sed non assumendo demonstratur quod demonstratur. quare si hoc infinitum contingit ire. Contingit utique duorum terminorum infinita esse interius media. sed hoc impossibile est si predictamenta steterint in superiori et inferiori. quod autem stent demonstratum est logicē prius. analetice vero nunc.

CEx predictis concludit quod in mediis necesse est aliqua esse principia demonstrationum. et quod non omnium est demonstrationes sicut quidam diversantur ut a principio huius libri dictum fuit. si igitur sunt aliqua demonstrationes principia non omnia erunt demonstrabilia similiter hoc nihil est aliud quod dicere quod nullus est spaciū sine medio. et nullum est indivisiiblē. id est quod quelibet propositum est medietata. nam cum aliqua propositum per medietatem intus sumptum demonstratur et non post assumēdo. quare tunc sequeretur si demonstrationes procederent in infinitum. infinita esse media inter duos terminos. hoc autem est impossibile si in predictatis est status in sūsum et deorsum. sicut prius logice. nunc autem analetice est ostensum.

CMonstratis autem his manifestum est quod si ali quod idem duobus infinitum est ut. a. et in. c. et i. d. non predictate altero de altero aut nullo modo: aut non de omni quod non est per se et aliud fieri. ut isocheli et scaleno non duobus rectis equalibus habere secundum et omnia aliud inest. Secundum enim quod est figura quedam et non secundum alterum inest. hoc autem non semper sic se habet.

Posteriorum

Conseruit ex predictis correlaria quedam: et prout insertus necesse est aliquis esse propositiones primas. scilicet ostendit qualiter ipsi in demonstratione uti debemus ibi. Et ait idigat. Pris dividitur in duas. quia primo insertus est ad aliquid prius devenire quo ad subiectum. scilicet propter propositiones immediatas finis causam est devenire ibi. Manifestum autem est. Primo ponit. scilicet probat iterum sumum ibi. Sit autem b. Tertio remouet quodam obiectum ibi. Is eodem tamen genere. Dicit ergo primo quod bis demonstratis que superius dicta sunt manifestum est quod si aliquid predicatum de duobus predicetur sicut a. de. c. et d. quorum unum de nullo altero dicitur aut saltem non de omni et illud predicatum insit ambobus per aliud quod coe non oportet ut iterum insit eis per aliud coe dictum per aliud. et sic in infinitum procedendo. verbi gratia. cum habere tres angulos euales duobus rectis insit isocheli et scalenoni. que sunt due species trianguli: et insit eis per aliud quod est figura quedam. scilicet species figure. videlicet. triangulus non oportet ut triangulo insit per aliud coe. et alteri per alterum in infinitum. Notandum hic ut habeat in textu aliquando predicatum de duobus predicatur. quorum alterum ab altero penitus remouetur. sed cum animal de homine et equo predicatur sicut etiam patet in exemplo Aristi. aliquando vero alterum ab altero non penitus remouetur sed particulariter. tamquam qualiter animal de homine. et de masculo per dicatur. de verisq[ue]at predictis verificatur dictum Aristi.

CSit autem b. scilicet quod est a. in. c. et in. d. Manifestum igitur est quod b. in. c. d. sunt coe: et illud secundum alterum. Quare duorum terminorum mediis insit utique inicidunt termini. sed hoc impossibile est. secundum igitur commune aliquid esse non necesse est semper idem in pluribus. quare uero erunt immediata spacia.

CProbat intentum dices. sit. b. illud commone quo medi ante. a. inest. c. et d. si igitur a. inest. b. mediate aliquo communi. iterum illi mediante altero. et sic infinitu[m] tunc iter duos terminos finitos infinita erunt media. quod est impolle. ut supra ostensum fuit. quare conclusio per quoniam idem. predicatur de duobus non semper dicitur de illis per aliud et aliud coe. sed est ut devenire ad spacia immediata. scilicet a propositiones sine predicatione immediatas.

CIn eodem tamen genere et ex eisdem atomis necesse est terminos esse. si quidem his que per se sunt erit coe. non enim erat ex alio genere in aliud descendenter demonstrare.

CNosset aliquis dicere quod media erunt infinita si accipiantur in diversis generibus. Hanc objectionem remouet probat. quod si media quod accipiuntur inter a. c. d. sint media per se eidem attributa. oportet ut sint in eodem genere: et ex eisdem atomis. quod aliter contingere deminutorem trascendere de genere in genus quod. scilicet probatur fuit. et appellat atomos terios deminutionis: qui sunt taliter termini individuables. quod sunt simplicia compositione propriae. Notandum quod loquendo de genere principali contingit aliquando extra eum eiusdem genere aliquam diversorum predicatorum. Exemplum secundum. ut si si demonstretur. quod omnis homo est corpus animatum per hoc quod est animal. vel si demonstretur ut passio coloris de colore. utrumque enim erit in predicamento qualitatis. Exemplum secundum. ut si demonstretur hominem esse risibilem. homo. non est de predictam subiecte. risibilitas vero de predictam et qualitatem. nisi aliquis dicat quod risibile est per reductionem in predicamento subiecte. Sicut medium in aliquando est in eodem genere cum subiecto. aliquando cum passione. aliquo cum utroque. Exemplum secundum. ut si demonstretur hominem esse disciplinabilem per animal rationale. Exemplum secundum. ut si demonstretur hominem esse risibilem per hoc quod est disciplinabile. Exemplum tertium. ut si per animal concludatur hominem esse subiectum. aut per distinctionem coloris passio aliqua de ipso demonstretur. Aristoteles. tamquam hic et illa parte: non ergo ex alio genere et ceterum. non loquebatur de genere principali. et de hoc vide illa quoniam. utrumque contingat deminutionem descendere et ceterum.

nisi vellemus dicere oes passiones que de subiectis suis demonstrantur esse in eodem genere principaliter cum subiectis suis saltem per reductionem.

CManifestum autem est. et cum a. in. b. sit. et si quod est aliquid medium est deminutum per a. in. b. sit. et elementa huius sunt hec et totum quod media sunt. immediate. non. propositiones sunt etiam. aut oes: aut uiles si uero non est medium non amplius erit deminutio. sed in principia sua hec est.

CProbat quod dictum prius fuit. primo i[n] affirmans. scilicet i[n] negantibus ibi. Sicut autem et si. a. primo igitur intendit istam conclusionem. i[n] affirmans est devenire ad primas et immediatas propositiones finis causam. probatur sic. si. a. est. b. aut non est sibi per aliud medium aut non. si sic: per illud medium deminutus. a. i[n] esse b. hec enim. media sunt elementa sine principia deminutionis. et quod sunt media tot sunt etiam. immediate aut propriae aut oes aut uiles sunt principia deminutionis: cuius igitur non sit processus in infinito ut per ipsum ex determinatis erit devenire ad propriae primas et immediatas finis causam. si vero dicitur quod nullum est medium iterum. a. b. tunc ista propria. oes. b. et a. non deminutur sed est prima et immediata. hec igitur est via devenientia in prima principia. Circa litteram primo dubitat. quod dicitur per ipsum quod in immediate propriae sunt etiam aut oes aut uiles. Secundo dubitatur. quod non videtur verum quod tot sunt principia sine propositiones immediate quod sunt media inter aliqua duo quoniam cum dicuntur omnis homo est corpus animatum. iterum subiectum et predicatum non est nisi unum medium. ut animal. et tamen sunt duae propositiones probabiles in immediate. ista. utrumque omnis homo est animal. et omne animal est corpus animatum. quare et ceterum.

CTertio dubitatur: quod si est esset via venientia principia. ut per ipsum dicitur tunc principia deminutur possent. quod est secundum: quod ad principia non est ratio. Ad primus duplum responderi potest uno modo quod illud dicitur per singulares immediatas quales sunt iste. scilicet homo. et hec albedo est albedo quoniam enim sunt immediate. quod iter speciem et individualium nullum cadit medium. non tamen pertinent deminutioni quia neque de singularibus corruptibilibus. neque per ipsa potest esse sciavel deminutio proprius sumpta. Secundo dici potest quod ibi loquebatur de principiis in aliquam sciencia totali. quare dicetur quod non omnes immediate propositiones finis causam sunt principia scientiae totalis. sed iste que sunt valde coes et in ista sciencia notissime. verbi gratia est devenire ad causam mediatam illius passionis bene tres angulos euales duobus rectis. et ex ista cum predicta passione sit propositione immediata. que tamen non est principium in geometria. principia. non geometria sunt magis universalita. sicut de puncto ad punctum rectam lineam contingit dicere. et sic de similibus. Alij vero ponunt alium modum respondendi qui nihil non appetit ad mentem Aristoteles. Ad secundum communiter responderetur quod sufficiat ad mentem Aristoteles. quod non pauciora sunt principia sine propositiones immediate inter subiectum et predicatum quod media inter ea. quis tamen possint esse plura ut argumentum probat. Alias responsiones ponit Al. prima est quod media bis sumpta. scilicet in maiorum et in minorum propositione sunt tot precise quod sunt elementa sine principia demonstrationis. secunda est quod maior et minor accipiuntur per uno principio. et hoc ratione unius medium ita quod adunantur ita quod una sit medium virtus in ambabus. Ad tertium dicitur quod non valebat Aristoteles. ut per hanc viam probarentur principia: sed quod tali via procedendo tandem ad principia deveniuntur per que alia probantur. si enim a. propositione probetur per. b. et. b. per. c. que sit immediata per hanc viam devenientia est ad principiis deminutionis. ex hoc tamen antecedente non sequitur ut illud principium. scilicet demonstretur. et hoc est quod quando dicere voluerit cum dicitur. quod logica non sit sciencia sed modus sciendi. non. non. probat principia alia scientiarum sed docet perscribit in hoc libro posteriorum modum et viam devenientia in principia. Ex quo per ipsum frustra positum est illud modum solvendi dubitationem. cuius deinde quod argumentum probat principia non posse probari propter quid: sed ari. intendebat quod probari possent deminutione. quia Albertus



Liber I.

tamen aliter introduxit ista particulā: sūt in principiis via hec est. vñ: hec via q̄ a principio a nobis habet. s. via inducōnis aut terminorū expositionis est via in principiis. et sic exponendo nō insurget difficultas.

CSit autem erit et si. a. in. b. nō sit. si quidē enī: aut mediū est aut prius: cui non inest erit demonstratio si uero non. non est. sed principia et elementa tot sunt: quot sunt termini. et horum quidem. n. propositiones principia demonstrationis sunt. Et hinc quedam principia demonstrationis sunt indemnabilita q̄ sit hoc illud: et q̄ sit hoc ī illo: sic et q̄ non sit hoc illud: neq̄ q̄ sit hoc in illo. quare hoc quidem esse aliquid. alia autem non esse aliquid erunt principia.

CIntendit q̄ similiter in negatiis est ad primas immedia tas deuenire p̄batur: q̄ si. a. remouetur a. b. aut ergo est aliqd medium a quo prius remonet. a. q̄. b. aut non: si sic tūc per illud mediū demonstrabis. b. non esse. a. si vero nūl lū est tale medium non demonstrabitur. p̄ncipia igit̄ et elā de medijs tot sunt quot sunt termini intermedij in quibus supple vltimo stat. et p̄positiones ex illis constute sunt p̄cipia demonstrationis. Et quibus oībus infert q̄ sicut q̄dam sunt principia demonstrationis affirmativa significantia q̄ hoc ī illud vel q̄ hoc est in illo. sic quedam erunt principia negativa q̄ dicunt hoc nō esse illud vel hoc non esse in illo: et per q̄s. sicut q̄dam sunt principia ad dem̄andū affirmativa. sic q̄dam erunt ad demonstrandum negativam. **C**Notandum vt colligatur in textu: q̄ q̄dam p̄dicatio affirmativa dicit hoc ē illud. et illa est inter essentialia. vt homo ē animal. vel albedo ē color. q̄dam vero dicit hoc esse in subiecto isto: et hec est p̄dicatio accidentalis de subiecto. vt homo ē risibiliis: et inter ista reperiunt immedia. hec enim ē immedia ta: homo ē animal. vel homo ē risibile. hec etiā ē immedia linea ē longa. si longitudo sui passio linee. eodem modo in negatiis dices. b. n. ē immedia dices hoc non ē illud. s. nullū animal rationale ē irrationale. et silr dabilis ē immedia ta dices hoc non esse in illo. loquif aut̄ hic Ari. large de demonstratione. hec enī. bō ē corp' aiatū: non ē pprie dem̄ strabilis: quā tñ hic diceret esse dem̄abilem. **C**Notandum sūt vltierius verba inco. cū dicit. Ex his māfestū ē q̄ multo plā q̄ media ad omnē p̄clusionē. **C**Posset hic dubitari q̄ liter vez ē q̄ tot sūt elā quot termini cōponentes p̄positio nes sed solutio patuit in pte p̄cedenti. Dicit tñ h. Albertus q̄ termini componentes p̄positiones immedias sūt ipsarū elā. p̄positiones immedias sūt elā mediatæ: et p̄positiones mediate sūt elā demonstrationis.

CLu autem indigeat mōstrarre aliquid accipie dum est q̄ de. b. primum p̄dicetur. Sit. n. c. de hoc silr. a. et sic semper vadens nequaquam extra p̄positio cadet. neq̄ ipsius. a. ē accipiatur ut demonstretur. sed semper medium densetur quousq̄ indiuisibilia sūt et unum. Est autem unum cum immedias sūt. et una p̄positio simplex est immedata.

COstendit qualiter p̄pōnibus p̄mis in dem̄atione rti debem⁹ et primo. in affirmatiis. scđo in negatiis ibi. Sūt in priuatiis. quidē tē. Prima diuiditur in duas. q̄ p̄mo ostendit quō sumere oī. p̄positiones p̄mas et immedias in dem̄abilib⁹. Scđo q̄liter huiusmodi p̄positiones se habent ad dem̄ationem. ibi. Et quēadmodum. dicit ergo primo q̄ cum fuerit alīa p̄positio immedata dem̄abilis. sic omne. b. c. a. sine omnis homo ē suba. accipi debet me

dium qd̄ immedie p̄dicetur de subiecto. de quo tamē p̄dicetur. a. s. p̄dicatum. verbi gratia. c. et sic semper p̄cedere debemus ut nulla accipiatur propositio extra p̄dictos terminos. s. a. et b. vt per ipsam aliquid dem̄etur. sūt sp̄ condensare debemus medium versus. a. quousq̄ sūt indiuisibilia spacia et spaciū unū: ē autē in unū cū sūt propositio immedata et una propositio simplex. **C**Notandum primo q̄ si essent aliqua corpora inūcē ordinē iter que tñ aer interponeret cōter appellarentur rara: vbi vñ inter ea alia corpora eiusdem rationis dicerentur condensari ad similitudinem b⁹ dicit p̄bs de medijs. inter. a. et. b. verbi gratia. si probare voluero hanc mediatam. omnis bō ē suba. accipiam illud qd̄ immedie p̄dicatur. de homine de quo tñ suba p̄dicatur. s. animal arguendo sic. oē aīal ē suba. omnis homo ē animal. g⁹ et c. vltierius etiā cū inter aīal et substātiam cadat p̄dicatum medium. accipiam illud medium p̄bando: oē aīal ē substantiam sic procedēdo condēsamus qm̄ sp̄ interponimus medium inter extrema quosq̄ veniamus ad immedata. **C**Notandum scđo q̄ cum inter subm̄ et p̄dicatum non fuerit medium appellat Ari. spaciū inter ea esse unū: et indiuisibile. q̄. s. per nullū medium diuidi possit. **C**Notandum 3⁹. q̄ in proposito pp̄o dñpls p̄t dīci una. p̄mo mō una ī actu. 2⁹ modo una ī potentia. P̄positio immedata dicitur ī potētia una. sicut ista. omnis homo ē corpus aīatum. eo q̄ ipsa est potentia p̄les rōne mediū qd̄ interponitur. virtute cui p̄lures includit propositiones. per quas probari p̄t: sicut et linea dic̄t una ī potētia rōne puncti mediū inter medie tates in quas tota linea diuidi p̄t. p̄positio vero imme dīata dic̄t una actu cum nullū habeat mediū rōne cuius sit p̄lures: quare ipsa ē simpliciter una. et hoc ē qd̄ p̄bs in tendit cū dicit. Et una p̄positio simplex.

CEt quēadmodū ī aliis est principiū simplex hoc autem non idē ubiq̄ ē: sed in graui quidez uncia. in melodia at sonus. in mēbris at diuīsio. aliud aut̄ in alio. sic ē ī syllogismo una p̄positio immedata. In dem̄atiōē at et scientia intellect⁹. in demonstratiis igit̄ syllogismis eius quod est nihil cadet extra.

CDicit q̄ quemadmodum ī alijs rebus illud qd̄ est ī aliquo genere principium est simplex. sic etiā ī ī dem̄atione et syllogismo. non tamen idem est ubiq̄ principiū. ī ponderibus enim principium est uncia. ī melodijs est tonus ī membris vero primum et simplex est diuīsio. et iunctura q̄ cadit iter mēbz. et mēbz sicut cardiballago. et sic aliud est ī alio genere primum ī syllogismo igit̄ principium est p̄positio immedata ī dem̄atione vero et sci entia que per istam acquiritur primum et simplex est habitus qui appellatur intellectus. Deinde epilogat dicens ī syllogismis igit̄ affirmative demonstrationis patet q̄ me diū non cadit ī extrema. **C**Notandum primo q̄ dū Aristo. dicit unciam ē simplex ī ponderibus. et tonum ī melodijs et ī membris iuncturam. Illud non est verū simpliciter uncia. n. et quodlibet aliud p̄dus graue cū sit gradus est ī infinitum diuīsibilis ī gradus gravitatis. tonus etiā cū sit aliquis sonus intentionis ī infinitum diuīsibilis potest ī gradus vocis. et iunctura est ī infinitum diuīsibilis cū sit quoddam quantum. sed predicta appellatur simplicita et indiuisibilia sūt quādam hominum īstitutionem ī genere enim ponderum ex quadam gentium īstitutione ad aliqd tante paruitatis denicitur. q̄ de miseri non est apud eos cura: sicut est apud aromatarios p̄dus grani. Aristo. antem exemplificat de uncia quo tamē minori r̄timur: sed exemplorum non queritur veritas. **C**Notandum scđo q̄ habitus principiorū qui dicitur intellectus et supra visum sunt ita est principiū ī hibib⁹ q̄ per demonstrationem aegrū: sicut etiā p̄positio immedata est principiū syllogismi vel demonstrationis aut conclusioni q̄ per demonstrationes concludit. et hoc est qd̄ dicit Aristo. ī textu.

Posteriorum

Ced in priuatiis hoc qdem nibil qd oꝝ esse extra hoc cadit. vt si. a. est in. b. p. c. non est. Si enim in. b. quidem omni est. c. in nullo autem. c. est. a. iterum si indigeat qd in. c. a. nullo sit medi um accipiendum est ipsius. a. t. c. t. sic semper procedet. Si uero indigeat monstrare qd. e. in. d. non sit in eo qd est. e. in. d. quidem omni est. in. e. autem nullo. Aut no in omni nunquam extra e. cadit. Hoc autem est cui non oportet inesse. In tertio autem modo: neq; a. quo oꝝ: neq; qd opꝝ priuari nequaq; extra ibit.

Costendit qualiter utendū sit ppositione immediata in syllolis negatiis. t primo facit hoc quo ad primā figurā scđo quo ad scđam. tertio quo ad tertiam. intēdit igit̄ p̄clonē istam. In syllolis negatiis reducendo mediatam p̄ponem ad immediatam medium qd assumit no cadi extra extrema pbat. t primo in prima figura. si. n. fo: meſt hec demōstratio. nullum. c. est. a. omne. b. est. c. ergo nullum. b. ē. a. sive sic. nullum aial est q̄titas. ois bō est aial. ergo t̄c. t oꝝ iterum pbare maiorē ipsam ad immediata reducendo: oportebit accipe aliquid superius ad subm: t sic vterius pcedere ad aliud superius donec ad vitium deueniat. vt ad subam: p̄z aut qd sic pcedendo non accipiunt media extra genus terminoz in p̄pōnibus affirmatiōz qd ad syll; negatiis occurrit. Scđo declarat quo ad scđam figurā. qd formato tali syllo. oē. d. est. a. nullū. c. est. a. g° nullū. c. ē. d. sive sic. ois bō ē suba. nulla linea est suba. ergo nulla. linea ē bō. t iter pbare oportet m̄inorē: accipit̄ mediu qd no caderet extra. d. c. extrema arguēdo sic. nulla suba est q̄titas omnia. ois linea est q̄titas omnia. ergo t̄c. t sicut vez est vlt̄ demonstrando: sic t̄vez est in demōstratōe p̄ticulari. vt si argueret sic. ois bō ē suba. aliqua linea no est suba: g° aliqua linea non est bō. sp̄ igit̄ mediu erit iter terminos negatiis p̄pōnis in scđa figura. sic in p̄ma sp accipit mediu inter terminos affirmatiōe. Ultimo ostendit quo ad tertiam figurā dicēs: qd vbi talis reditio fiat in tercia figura mediū qd assumet neq; cadet extra pdicatum qd negat neq; extra subiectū a quo negat pdicatum. t hoc est vt quidaz dicunt. qd mediū in tercia figura subiicitur vtriq;. Notandum. vt p̄posito spectat. qd duplex est medium quo p̄positio mediata ad immediatas reducit: videlicet simpliciter t fin quid. medium simpliciter est illud qd est vere mediū inter vtrang; extremitatem. qd. s. est superius ad minores t inferius ad maiores. t hoc requiritur i ppositionib; t syllolis affirmatiōis. vt si hec p̄po. ois bō est substantia. ad immediata reduci d; reduce p ea q̄ sit vera media inter bo minem t substantiam. medium scđm quid est quo p̄positio negativa pbatur. vt si hec negativa. nullus bō ē q̄titas p̄bet p aial arguēdo sic. nullū aial est q̄titas. ois bō ē aial ergo t̄c. t tale non est medium simpli. cum non vere mediet inter maiores t minores extremitatem. sed appellatur medium fin negationem. qd mediante ipo pdicatum a subiecto vere remouet. d; etiam medium illationis. quia per ipsum inferitur propositio mediata. t medium dicitur quoniam propositio mediata. ista ad immediatam reductur mediante illo. Ad edūm igit̄ tale in prima figura non cadit extra maiores t minores extremitatem: quoniam est superius ad minorem neq; in scđa figura qd est superius ad maiores. vt patuit ex p̄missis. t fin expōne posita in 3^o figura non cadit extra maiores nec extra minores. quoniam est inferius ad alteram illarum. t ideo accipietur tanquam de genere alterius illarum. Alij vero aliter in telleverunt rectum dicentes qd arist. intelligit medium in tercia figura non cadere extra maiores nec minores extremitatem. qd. s. non est superius ad aliquam illarum. sed ifferens. quare caderet infra t non supra sine extra. t sic vt dicit arist. intendit qd p tertiam figuram non pertenentem ad immediata: t ideo dixerūt qd ipsa tripliciter estimantur in

pposito. primo qd si negativa universalis fuerit mediata no bō per hanc figuram ad immediata reduci: eo qd particula riter concludit tantū. scđo qd medium semper assumit infra vtrang; extremitatem t non sup: a nec intra. tertio qd ad p bandum p̄missam aliquam mediatam pcedimus per ma gis immediata. t non possumus per hanc figuram ad hec v mediata denenire. sicut si p̄bet hec p̄positio. aliquid animal non est q̄titas. argueat sic nullus bō est q̄titas. ois bō est aial. ergo t̄c. Tertio: verificatur vbi ambe p̄missae vlt̄ assumantur. vbi verova particulariter assumatur non oꝝ. sicut hic. nulla substantia est quantitas. aliquid suba est animal ergo aliquid animal non est quantitas.

Um autem fit demōstratio alia p̄ticularis: alia vniuersalis: t hec quidez cathegorica: illa priuativa: dubitatur qualis potior fit similiter autem t de ea que demonstrare dicuntur. t deducenti ad impossibile demonstratio ne. Primum igit̄ intendimus de vniuersali t particulari. ostendentes enim hoc t de ea que demonstrare d; t que est ad impossibile dicem? Scđo est ultimus tractatus unius libri. in quo Ari. com parat sp̄s demonstrationum adiuntem ostendens qd illarū fit potio: qd sc̄tia ex demōstratione causat. p̄fir comparat sc̄s inter se. t fin hoc disuldit tractatus iste. in duo capitulo. 2^o ibi. Sc̄ia autem certior. Primum capitulum diuidit in tres partes qd p̄mo comparat vlem demōstratio nē p̄ticulari. 2^o affirmatiōem negatiis ibi. Qd autē demōstratio p̄uativa t̄c. Tertio ostendit p̄fir ducenti ad impossibile ibi. Qd at cathegorica p̄uativa dignior t̄c. Primum p̄ponit intentum t ostendit ordinem dictorum. Scđo exequit ibi. Clidetur qdem igit̄ t̄c. Primo igit̄ dicit qd cum aliquid fit demōstratio vniuersalis t aliqua particularis. Itē aliquid affirmativa t aliqua negativa. dubitandum est que illarū sit potio: Idem etiam videndum erit de demōstratione ostensione t de ducente ad impossibile. primo tamen ostendit ē d vniuersali t particulari. postea vlo de affirmativa t negativa: de ostensione t ad impossibile ducente. Notandum p̄mō qd demōstrationē vniuersaliter dupliciter intelligere possum: vno mō demōstrationem p̄cludētē conclusionem vniuersalē t ēō particularē demōstrationē p̄cludētē conclusionem p̄ticularē: t de tali non est sermo in p̄posito. scđo mō magis stricte per demōstrationē vlem intelligimus illam qua passio aliqua negative t affirmativa demōstratur de subiecto secuz convertibili t per medium convertible. sicut hic omne aial rōnale est disciplinabile. omnis homo ē huiusmodi. g° t̄c. qd particularē aut intelligimus illam qd passio affirmativa de mōstratur de subiecto inferiori ad subiectū p̄pōnit: vle sūde de subiecto no convertible vt de subo inferiori. sine p̄cludatur conclusio particularis sue vlis. sicut ois triangulns habet tres. sed omnis isocelles est triagulns. ergo omnis isocelles habet tres. t de tali hic Aristoteles. intendit que sit potio: per affirmatiōem vero demōstrationē quā art. appellat cathegorica intelligere debemus illā per quā inferitur scđo affirmativa. t ēō qd negatiā. qd quam negatiā cōcludit demōstratio vlo ostendit d; qd vez ex veris concludit. hī dicens ad manifestum impossibile ex alio impossibili minus manifestū demōrat. t de his dubitat Ari. qd sit potio: signati p̄cedēdo. Notandum 2^o qd qdā harū dñiarū accidentū demōstratiō fin qd ipsa est syll. I affirmativa t negativa vlis t p̄ticularis. p̄mō accipiendo vle t p̄ticularē. qdā vero sibi accidentū fin qd demōstratio: sicut esse vle t particula rare scđo modo accepta. similiter ostendit t ad impossibile ducens. sicut etiā demōstratio. qd t ppter qd qdā vlo alie dñie sibi accidentū rōne rez consideratū. ut inq̄ linco. sicut esse de abstractis aut concretis: aut de reb⁹ simplicib⁹ vel compositis. Notandum tertio de mēte linco. qd melius t perfecti in diversis generibus accipitur penes ultimam operationē: sicut bō est p̄fectio: equo t melior. qd ultimata

eius operatio est perfectio: ultima operatione equi. in eo dem autem genere illud perfectius aut melius dicitur quod melius et perfectius ultimus eius operationem attingit. et sic in proposito demonstratio melior diceretur que melius et perfectius scire facit: quod est ultimus finis demonstrationis. similiter dignus in diversis generibus dicitur: quod rei nobilior vel excellenter attribuitur. in eodem autem genere quod alieni excellentior modo congruit. et sic loquuntur hic Aristoteles dum querit quod sit dignior. certitudo autem demonstrationis sumitur in relatione ad intellectum humanum quem linea appellat oculus mentis. et hoc multipliciter sumitur in relatione ad intellectum: ut infra videatur. dicitur triplex linea. quod de rebus illis maiorem habemus certitudinem que magis sunt lucis spiritualis receptae et plus de illa participant: que qualiter intelligenda sunt infra videtur.

Cuidetur quidem igitur fortassis utique quodbus dicitur quod est dignior. Si enim finis quam marie scimus demonstrationem potior est demonstratio. Nec enim virtus demonstratio est. Magis autem scimus unum quod est: cum ipsum cognoscimus secundum ipsum quod secundum aliud: ut musicus choriscum quando choriscus musicus est quod cum bono musicus sit. similiter autem et in aliis. sed ulti quoniam aliud non quoniam ipsum contingit demonstrat: ut quoniam est equitibiarum. non quoniam est equitibiarum sed quoniam est triangulus. sed particularis quoniam ipsum. Si ergo potior quidem est secundum ipsorum huiusmodi autem est particularis vel i magis et potior utique demonstratio secundum prem erit.

Convenit intentum. et primo adducit rationes persuadentes demonstrationem particulariem esse potioris vel. 1^o sicut ibi. Aut primum quidem: 2^o adducit rationes probantes vel iei demonstrationem esse potioris ibi. Amplius demonstratio. Prima dividitur in tres finis numerum trium rationum. dicit grecus primo quod ex rationibus infra ponendis videbitur aliquid particulare demonstrationem esse potiorem. primo arguitur sic. Illa demonstratio est potior: que magis facit scire. particularis est huiusmodi. ergo etiam maior videtur manifesta. quod scire est virtus et demonstrationis finis. minor probatur. illa demonstratio que facit aliquid scire finis quod ipsum: magis scire et facillia quod facit scire est aliud. particularis facit scire est seipsum. ulti vero finis aliud. ergo etiam maior patet. perfectus enim est cognoscere choriscum musicum finis quod est choriscus musicus. est finis quod bono musicus. minor vero probatur. nam si vel iei demonstretur triangulum huiusmodi tres tunc de triangulo egalertero sciens acquirimus non finis quod equilaterus. sed est quod triangulus. si vero particulariter dein retur de triangulo egalertero. quod habet tres per illam demonstrationem cognoscimus triangulum egalerterum finis quod talis. quare etiam. **C**onstatutum primo circa maiorem: quod ultimum in quod est potens agere aliquod dicitur ei visus. i. ultia vis. illud est in genere perfectio dicitur quod magis et perfectius propriam virtutem attigit. ut prius. et physica. et sic ista demonstratio que attigit magis scire perfectior dicitur. **C**onstatutum secundum circa minorem quod aliquid esse finis se est causa essendi finis aliud et naturaliter illo prius ut colligatur. physico. et per sensum cognoscere aliquid finis se ipsum prius et perfectius est quod cognoscere ipsum est aliud. et hoc est quod hic Aristoteles dicit.

Amplius si universalis quidem non est aliquid secundum rem preter singularia. Demonstratio opinione non concordat esse hoc aliquid secundum quod demonstratur. et quandam naturam esse hanc sine his que sunt. ut trianguli preter quosdam et figure preter alias. et numeri preter quosdam numeros. Potior autem est que est de esse quod non est. Et propter quam non errabitur quod propter quam errabitur. Est autem

universalis huiusmodi. precedentes enim demonstrant de eo quod est proportionale. quod et est analogum quod neque linea. neque numerus neque solidum. neque planum est. sed preter hoc aliquid. Si igitur ulti quidem magis hoc est. De eo autem quod est minus quod particularis. et facit opinionem falsam indignior utique erit ulti particularis.

Considerans confundit tertiam rationem cum secunda. et primis priori universalis non est realiter aliud a singularibus. secunda quod demonstratio ulti ex modo suo procedendi opinari facit vel esse naturam quandam realiter a suis singularibus distinctam. sicut quando ulti de numero aliqua passio demonstratur: nulla facta mentione particulari. **C**Item cum demonstratur de triangulo vel figura nullum particulari triangulu aut figuram exprimendo. Ex his arguit primo sic. illa demonstratio quod est de ente est potior illa quod est de non ente. sed de demonstratio particularis est de ente: et ulti de non ente. ergo etiam maior de se prius. et prima pars minoris. secunda vero probatur: quod passio universalis demonstratio de subiecto ulti tantum est realiter distincta a suis singularibus sicut demonstrantes proportiones biliter ecomitari demonstrant de quodam subiecto analogo: quod neque est numerus. neque linea. neque planum. et superficies neque solidum. et corpus. nullum autem est vel realiter a singularibus distinctum quod praetulit suppositum. ergo de demonstratio ulti de non ente magis demonstratio minus autem de ente. cum vel realiter aut sit non ens aut nihil ens quod particularis.

Constatutum arguitur sic illa demonstratio que non facit errare vel que minus errare facit est ea potior: que magis facit errare. particulariter vero errare non facit vel saltem minus quam ulti ergo etiam maior de se patet et minor etiam de se prius ex secundo permisso. demonstratio enim universalis opinionem inducit vel realiter a singularibus distinguens: quod non facit singularis. **C**onstatutum quod plato opinatus est quiditates rerum sensibilium realiter ab ipsis sensibilibus distinguens. et ulti a singularibus quod appellat ideas. voluit enim quod quiditatibus talis correspondet modus essendi: quali modo ab intellectu humano comprehenduntur. quod igitur ab intellectu nostro comprehenduntur tantum a singularibus et sensibilibus separate: dirut eas esse ab ipsis realiter separatas. **H**ec autem opinio est falsa. et hanc improbat Aristoteles. et metaphysice. quoniam enim dulcedo et albedo sunt simul in lacte coniuncte. utrumpque tamen per se ab aliis distincte cognoscere possunt ut prius. Aristoteles igitur implicite tetigit hanc opinionem arguens: quod demonstratio universalis facit credere universalis esse a singularibus separatum etiam. Quod autem sit communata proportionem et quibus competit: quid sit subiectum eius primum in precedentibus sufficienter dictum fuit.

